

693.

Der Cardinallegat Thomas ermächtigt auf die Bitte des Klosters die Priorin, gewisse Abweichungen von den Fastengebieten zu gestatten, den Ordensgeneral, in geringfügigen Dingen von der Beobachtung der Ordensregel zu dispensiren, und ertheilt seine Genehmigung zur Einrichtung der Horen nach dem Brauch der Dominicaner und zur Abschaffung gewisser Gebete. Augsburg, 1518 Oct. 22.

Hilschr.: Abschrift Saec. XVI. Hauptstaatsarchiv Dresden Loc. 8934. Chartular des Jungfrauenklosters fol. 101.

Gebr.: (Klotzsch und Grundig) Sammlung verm. Nachr. 7, 196.

Ann.: Vergl. No. 605. 667.

Thomas miseracione divina tituli sancti Sixti sancte Romane ecclesie presbyter
 10 cardinalis ad universam Germaniam ac apostolice sedis de latere legatus dilectis nobis
 in Christo priorisse et conventui monialium ordinis sancte *Marie^a) Magdalene de peni-
 tencia opidi Fribergk Misnensis diocesis salutem in domino sempiternam. Supplicacio
 vestra nobis humiliter porrecta primum continebat, quod, etsi jam inde a multis annis,
 postquam conventus vester antea pene incultus et desertus reformari augeri ac in spiri-
 15 tualibus et temporalibus incrementum suscipere coepit, nedum conventus vester sed omnia
 vestri ordinis monasteria ex reformationis forma et condicione ac generalis vestri dispen-
 sacione tribus diebus in hebdomada eciam in jejunio regulari carnibus vesci et ter in
 hebdomada regulare jejunium sancte crucis mensis septembris non servare consuevistis,
 quia tamen id antiquis vestris constitucionibus et statutis a felicis recordacionis Gregorio
 20 papa ix. editis^b) contrariatur, cupitis ad serenandas consciencias vestras et ad tollendum
 ab eis omne scrupulum misericorditer et paterne de benignitate apostolica vobis et con-
 ventui vestro consuli ac provideri. Petit is deinde eadem supplicacione, ut in precipuis
 festivitibus tam ecclesie quam ordinis vestri sextis feriis occurrentibus butiro et lacti-
 [ci]niis uti secundum patrie consuetudinem et isdem lacticiniis atque ovis quarta feria et
 25 sabbatho quatuor temporum juxta ejusdem patrie et conventus vestri antiquum morem
 vesci liberum et licitum vobis sit. Item cum inter apostolicas constituciones et alia sta-
 tuta ordinis vestri de monialibus caveatur, videlicet: singulis diebus, sy fieri potest, habeant duo
 cocta *pulmentae^c), poterit autem aliquando priorissa superaddere, prout opus esso judicaverit et facultas per-
 miserit domus suo^d); et iterum: sufficiat autem moniali habere duas tunicas et duas camisi-
 30 quo ad genu et eciam duo vela^e); item pelliceis vel coopertoriis silvestribus sorores non
 utantur; item eapropter proposuimus, ut grossis camisiis utantur sorores; lance autem
 vestes, quibus utuntur, non sint nimis subtiles nec tonse de foris, ut impleatur illud
 in regula: Non sit notabilis habitus vester^f): humillime petit is, ut in his et similibus minu-
 35 dispensandi vobiscum facultatem concedamus. Adjungitis preterea, ut vobis permit-
 tatur horas *canonicas^g) dicere et persolvere secundum rubricam et modum ordinis
 fratrum predicatorum, quantum tamen vobis possibile fuerit et ordini vestro condicioni

693. a) Marie Marie. b) Vergl. No. 605 §. 2. c) pulmonenta. d) No. 605 §. 2. e) No. 605 §. 5.

f) Ebeuda. g) cononicas.